246

S. P. Coniugium vestrum, Joannes Justine, (maiorum fortassis ambiens titulum), audio non solum esse suavitate et concordia plenum, sed etiam frugiferum, quod cum voluptate audivi. In honorem vestri coniugij aliqd meditari animus erat, sed tamen eo tempore alijs ~~cogitat~~ occupationibus distinebar: Initium sic feceram: Non sine coelesti fato datur Anna Joanni,

Nominibus si quod forsitan omen inest

Gratia namque duplex vnita suavius ipsum

Cor ferit, et laeto lae magis grata parat. &c

Quod cum non compleuerim velim ignoscas, et voluntatem facto parem agnoscas. De rebus meis ad Jodocum nostrum scripsi, a quo omnia facile ~~agnosces~~ disces si conversatione, vt inter affines futuros decet, vtimini. Verum ex M. Marco Juniore audivi te nuptiarum esse turbatorem et invideare ipsi, quod eius occasione. Fiat me latet. Si obstacula tamen eiusmodi sunt, ut an eliri et corrigi possent, velim vt animum mutes, nec affinitatis vinculum adeo auerseris. Mihi si apud vos vivere liceret, omnia inter nos arctissimo foedere essent devincta. Quod Jodoco faciendum sit, vt puella satis modesta potiatur, affini tuo M. Marco explicavi, et hac de re cum Petrelio consilium inivi, cui si obsequentem se praebere voluerit, lepidissimum habebis affinem. Quod ad me attinet, (quod in sinum tibi commissum volo) de tua erga me fide, nihil dubito, nam satietate huius loci vsque ad nauseam teneor, Deum aliquo meliora provisurum nihil diffidens. Tu certe si me ea provincia dignum iudicaveris, certe et oẽs alij tibi facile sunt applausuri. Cum Hildesiense fortassis contendere possum (quod ex D. Hanemanno, qui hic fuit, intellexi,) sed meis indulgenti opinionibus qs fidem adhibebit? Si qd pro me in medium consulere poteris, facies gratissimum, attamen sic, ne te incitatum scriptis vel adductum affectibus olfaciant. Bene et feliciter cum coniuge vale. Datae Helmstadii 28 Julij. Ao 84.

T. Her: Neuwaldt Med.

...ndis Theologicis ...as.

Reverendo et doctissimo viro D. Joanni
Hildebrandt Ecclesiæ Bremensis minis=
tro fidelissimo, amico et patrono suo.

Bremen